

115.

Quod Rex remittat dacium IIII pro centenario, et confirmet privilegia et alia

116.

Pro solvendis certis denariis Regi Armenie possint accipi denarii ad presam.

Et quod per Dominum Ducem et Consiliarios possit imponi dacium mercatoribus nostris pro dicto. 122. 130.

117.

Cridatum fuit hic ef missum rectoribus quod facerent publicari, quod nullus presumat ire in Armeniam. 123.

118.

Ambaxator missus ad regem Armenie vadat cum tanto salario et expensis ut habuit dominus Delfinus Delfino qui compleat provisa per sapientes 120. 122.

119.

Armetur in Cyprum et Armeniam per comune; naulum vero accipiatur quod videbitur domino Duci, consiliariis et capitibus. 90. 91.

120.

Armetur pro Comune in Alexandria, in Cypro, Armenia et Syria, et naulum solvendum. 90. 99.

121.

Speciales persone armantes per illam muduam in Romania, non possint ire in Cyprum, Armeniam, Syriam et Alexandriam. 92.